



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 82. Elisabethæ mandata eidem nuntiata, atque ipsius responsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

**Sæcul. XVI.** „rationem reddere obstringor: nem.  
A.C. 1586. „nem vero contra Elisabetham insti-  
 „gavi, nec ullum crimen commisi, ne-  
 „que de ullo unquam convinci potero,  
 „nisi quod innocentiae meæ caussam Prin-  
 „cipibus exteris commendarim: nee  
 „id unquam diffiteor. „

### §. LXXXII.

*Elisabethæ mandata eidem nuntiata,  
 atque ipsius responsum.*

**Thuan. l.86.** Altera die innocens hæc Regina hunc  
**Addit. aux** in modum perorabat: „non sum  
**mem. de Ca-** „obstricta Angliæ legibus, quarum pa-  
**sielln. tom. 1.** „trocino frui nunquam mihi licuit, cum  
**pag. 643.** „semper inique carceribus mancipata  
 „degere coacta fuerim:,, Maria hanc  
 protestationem suam ad acta re-  
 ferri postulabat, ne ejus submissio ipsi,  
 aliisque Regibus, Principibus, ac fo-  
 deratis, aut Regi illius filio aliquando  
 in præjudicium vergeret.

Hac etiam firmitate hostium suorum  
 insidiis usque ad diem decimam quartam Octobris resistebat, atque ad Hat-  
 tonis, qui ex delegatis judicibus unus  
 erat, criminaciones obstupecens alle-  
 rebat: „Necessitate compulsam me cer-  
 „no, ut meam innocentiam omnibus  
 „manifestam reddam, ac coram hisce  
 „judicibus ine fisti permittam, dum  
 „modo præfata mea protestatio accep-  
 tetur.„

„tetur. „ Annuere illi, quin tamen eas rationes, quibus illam firmabat, ratas haberent. Igitur Judicibus in arcis Aula congregatis Maria Regina comparet, eaque eminentiori sedi ad id destinatae insidente Cancellarius ita effatus est: „Angliæ Regina multa ha- „ctenus pro clementia sua, ac pruden- „tia dissimulaverat, quæ tamen ulterius „ferre non potest, ne frustra gladium „a Deo acceptum gestare videatur, ne- „que tamen id pro sua caussa facit, „nam sibi vita tanti non est, quam ut „Religioni, ac publicæ tranquillitati, „cujus præcipua semper apud bonos „Principes caussa fuit, consulat, proin- „te exorat, ut ad accusationum capita „adversus te delata respondeas, cum „insimuleris, quod in Reginæ, Anglii „Regni, & Protestantium Religionis exi- „tium clandestina fabricaveris consilia, „propterea nos ab eadem Regina no- „minati fuimus, ut in harum accusa- „tionum veritatem inquireremus, at- „que tua responsa exciperemus.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1586.

### §. LXXXIII.

*Maria Regina interrogata, ejusque  
responsa.*

Vix Cancellarius hæc proferebat, cum illico Maria folio suo surgens hæc subjungeret: „in Angliam veni, ut *Hist. Eccles. Tom. L.* Dd *Thuan. l. 86.*  
*Hist. du Mar-*  
*ture de la*  
*Reine d'En-*  
*juxta cosse.*